



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Statv Monachorvm Et Canonicorum Regularium. Titvlvs XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Clericos tangquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum ultramarinum, nisi in certius casibus, b.d. Abbas Siculus.

De clericis a vero duximus respondendum, quod cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio predicationis instruti, aut magnatum sint obsequio deputati, aut usque adeo divites fuerint, & potentes, ut in expensis suis aliquos secum ducere valent bellatores: magis ab eis expedit redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel utilitas perfunet. Hac autem de voventibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in penitentia est injunctus.

CAP. X.

Qui vovit religionem ingredi, si votu non completo fiat Episcopus: renunciare debet, & votum implere. Sic communiter sumatur.

Idem.

Pertusas literas intimasti te in Gratianopolitanam ecclesiam suscipiendo habitum regularum votum solenniter emisisse, & postea promisisse in manibus patrari ejusdem ecclesie, te intra duos menses postquam ab Apost. fed. rediesses, votum quod emiseras impleturum. Cumque termino ipso transacto non curas, quod voceras, adimplere, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen ecclesia Gebensem. & infra. Nos igitur tua discretioni consilium, ut si tuam lanare deferas conscientiam, regimen resiges ecclesia memorata, ac reddas ultimum vota tua. Quod si capitulum Geben. ecclesia te postmodum canonice duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.

CAP. XI.

Pratalus etiam professus potest votum ultramarinum emittere, & in eius usus vigeſtiam prouentum ecclesia convertere,

Honorius III. Hareben. c & Bergad. propositis.

Postulatis a nobis, a d' vobis professus ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, & reliquus charactere crucis desiderat insigniri, licet vigiliam prouentum ecclesiarum vestrum deputatam succursum terra sancta deferre vobiscum: [i & j.] Discretioni vestra taliter respondemus, quod si ecclesia vestra per absentiam vestrum enormiter non ladanatur, & vos utiles fueritis terra sancta verbo pariter & exemplo, (quod conscientia vestra duximus relinquendum) dimissi procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris, potestis & tenemini votum peregrinationis implere: & si potest in eius usus vestros transire & eis ecclesiarum vestrum terra sancta subfido deputata.

[i] Ut per vos profectae terra illius succursum, qui parati estis personas vestras expovere servitio Iesu Christi, prout cum multis exemplo amulatio laudabilis provocati ad curendum post vos laudabiliter accingantur: postulatis prelum Domini contra gentes. Quia vero liberacionis terra illius totis viribus agitaturum.]

DE STATV MONACHORVM ET CANONICORVM REGULARIUM.

TITVLVS XXXV.

CAP. I.

Diccesamus non debet molestare monasteria, praterquam pro causa correctionis: nec eis oblati sibi vindicare.

a. Domus in iust. & cur clerici & Episcopis pugnare non licet. vid. B.Thom. 2a. q. 4. art. 2. b. Conc. Trident. sej. 24. tit. de reg. c. Hareben. & Bergad. propositi. al. Hareben. & Fregadens. sal. Havener. & Bergabens. d. Virum.

Gregorius Archiepiscopo Neap. a

T Heodosius: [i & j.] Alicui monasterio b nec tu, nec Presbyteri tui, praeter diligentiam disciplina, aliquid molestiae inferaris. Aut si quid illuc pro diversorum devotione accesserit, vobis vindicare affitem. Cum monachis sibi servientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contigit.

[i] Abbas monasterii S. Martini posterior nobis insinuatione fuggeſit, qua habebit in subditu, in domo quando Martini ex eius voluntate decolorare suum Andream Abbatem, monasterio, in quo monachi habentur debeat, confractuisse. Et quia in honoris beati Petri. Apostolorum principi, & S. Archangeli psalms dedicari: dilectionem tuam presentis apicis duximus adorandum, quatenus ad prae locum cum postulaverit, ingranas accedas, veneranda solemnia dedicationis impendi. Et quatuor necessaria fuit, à Presbyteri ecclesia tua in loco sancto deferentibus celebretur sacrificia veneranda missarum, ita ut in eodem.]

CAP. II.

Monachi non debent ponni singuli per parochias, hoc primo. Si pro monachatu aliquid detur, receptus a sacris ordinibus probabilitate & recipiens ab officio suspenditur, hoc secundo. Monachus habens peculium sine licentia Abbatis, ab altaris communione removetur: & sic decadens, sepulchra & fratrum communione pris. agit, hoc tertio. Si pecunia conferetur pro habendo aliquod officium in monasterio, datus & recipiens depositur, hoc quartu. In prioribus convenientibus per electionem instituti non sunt removendi sine causa rationabile: & de causa rationabilis tria ponit exempla, b.d. comprehensendo substantiam.

Ex concilio Lateranen. c

M Onachii non d' precio recipiantur in monasterio, nec peculium & permittantur habere, nec singuli per villas & oppida per quacunque parochiales ponantur ecclesias, sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus manent, nec soli inter seculares homines spiritualium bofum confunduntur, Salomon f dicente: Vx g. foli! quia cum cederit, non est qui sublevet eum. Si quis autem exactus pro sua redemptione aliquid dederit, ad factos ordines non ascenda. Is vero, qui enim b' receperit, officii suspensione, mulcentur. Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbatie fuerit & pro injuncta administratione permisum, a commone reuocatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non poniuerit, nec oblatione pro eo facta, nec inter fratres accipiat sepulchrum, quod etiam de universis religiosis precipissimum observari. Abbas autem, quia ista diligenter non i' caverit, officii sui iactum se non verit incursum. Pioratus quoque seu obediens precii donatione nulli traduntur, alioquin dantes & accipientes a ministerio sicut ecclesiastico alieni. Piores autem cum in ecclesiis conventionalibus per electionem capitulorum suorum canonice fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutentur, videlicet & si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid i' egreditur, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii de concilio fratrum fuerint transferendi.

a. Hic in quibusdam recentioribus legitur Gregor. 3. in aliis 9. sed recte Contin. Imo primus l.7. Ind. a. p. 11. b. C. 2. ed. tit. in 1. comp. In aliis Theodor. c. Cone. Lat. sub. Alex. III. c. 10. d. C. ed. tit. in 1. comp. e. Id est. proprium. Vid. l. cogi. D. ad Trid. f. Eccl. c. 4. g. Si. h. Recipit. i. Curarent in ecclesiis k. Alata: ut vid. l. sed in antiqu. & in conc. ut eff. impressum ed. l. Alind.

CAP.

CAP. III.

Monet Cisterciensis, ut servent regulam secundum primam institutionem h. d. primò. Et dominus religiosus adgregata Cisterciensibus, eorum mores ferare tenetur. b. d. secundò.

Alexander III. Abbatibus & conventibus Cisterciensibus ordinis.

R Ecolentes & qualiter hac sancta plantatio: [1 & 7.]
R Dolentes dicimus, quod etiā non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque tamen & in pluribus, ab illa sancta institutione dicitur declinatum: in tantum, ut aliqui ex vobis patræ institutionis obliti, contra ordinis vestitum villas, ecclesiastas, & altaria possident, fidelites & hominum benignè suscipiant, iustitias & tributarias tenent: [2 & 7.] Ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illæ, quæ à prima sui origine in ipso ordine sunt fundata, constituti terminis sint contenta: [3 & 7.] Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum monasteriorum jura divertere, oportebit vos communis jure censeti: quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiant, similem sentiant in legibus disciplinam. Ceterum domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum ordinem transfluerint, vestris omnino se fatigant usibus conformare, & relictis possessionibus, vel etiam communis, quas instituto vestra non recipit e, sic se in omnibus religiosis vestra coaptent, ut quemadmodum parvulum societatem ordinis, & habitus identitatem adiungunt, sic etiam in paupertate secularium rerum secundum vestris institutionibus conformatas.

[1 Edita, has vias fructifera, haec denig, una Domini Sabatin sub primo ordinis vestri prorib, pullularit, & palmites longi, producent, ad mortiferæ pellenda circumquag, venena, flores primit & odores, pro vigili custodia custodiatus eorum in omnibus eis, per quis cooperante Domino in deserto mundi eis, sibi loquimur plantare & bonifacere. Hū enim paupertate innumeris, optimus ponentes in paupertate principium, tunc sufficiencia affectus sunt complementum, creare ecclesie. Clarendon Episcopi & prelati accepti, ac in confabulatione regum & principum fama & merito gloriosi. Nunc autem quod.]

[2 Et omne studium adhibent, ut termini eorum dilatentur, utriusque conversatio in cultu deberet esse. Ladiuit hinc ordinis punitio & vocatur, nec eß hoc mutatio dexteræ & excelsi, sed postus de dextera in sinistram, qui relatio seculo sub paupertate habitu Deo militare deciverunt, negotio denudū secularibus implentur. Inde eis quod & vobis ab aliis qui foris sunt, contentiones & litigia suscitantes, & Abbationis in causis forensibus occupatis & plurimum in communis domibus, & rōpō ordinis & dissoluto uscitur curians, maximæ paupertate charitas plus proficit, & cupiditas incitationis nisi illa restrigatur, hæc teipscū.]

[3 Nec velint mordente ad ea manus extendere, que sine liberte & pericula multu, & deinde sine crimib; & magna infamia non poterant retinere.]

CAP. IV.

Regularia canonica, quæ non resignavit proprium in morte, non debet in cemeterio sepeliri: & si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

Clemens III.

C. 2. cod. tit. in 2. comp. b In uno vetustissimo, fidelitate, humana & onera suscepunt, &c. in alio recentiori, ita: fidelitate & humana suscepunt, &c. Dicilio benigne, deest in omnibus: & quid fonte Humana, explicat Hostianus. c Recepit,

S Vper quodam canonico regulari a, qui in articulo mortis agens, licet à priore suo commonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit resignare: & sic diem clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepultura: [1 & 7.] Inquisitioni tuae taliter resp, quod ille canonicus non tantum fuit Christiana sepultura privandus, verum etiam si sine maximo scandalo potuit b fieri, de ipsa projici dignus est ecclesia. Hoc autem cum forte contigerat, in similibus est agendum.

[1 Nos duxisti necessario requirendo. Quia vero te ignoramus, quid de talibus in regule beati Augustini habeatur statutum, & quod id ipsum in Lateranensi synodo consuetum manifeste.]

CAP. V.

Canonicos regulari potest prefici ecclesia parochiali etiam seculari, sed debet habere solum suum ordinis, si commode fieri potest.

Innocentius III. plebano sancti Gavinius. c

Q Vòd d. Dei timorem præ oculis habetas, ex fructibus quis colligitur evidenter, cum opera, quæ facis, testimoniū perhibeat veritati. Sanè quandam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium plebani resgnans coram fratribus sancti Victoris Bononien. promissionem de tua conversione fecisti, neque professionem solennem emittens, neque habitum religionis adsumens: sed parochiani plebis eiusdem, attentes te laudabiliter præfuisse, Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministrares ibidem hoc etiam Presbyter Cardinalis tunc Apostoli. sed. lega. ponitur adnuisse, quod jam dicti parochiani nobis ratum habeti suppliciter postularunt, praferunt cum de licentia prioris sancti Victoris nofcatis haecenus id fecisse. Licit autem in Lateranensi concilio f de monachis caveatur, ne singuli per villas & oppida per quascunque parochiales ponant ecclesiastas, &c. quia tamen istud de canonici regularibus specialiter non caueatur, quia etiā à sanctorum monachorum consortio non poterunt se juncti, regule tamen inferni laxiori, & per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiastarum parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium g (quod privilegium est) exercere: sic annendum duximus postulatis, ut exercens plebani officium, si commode fieri poterit, unum canonicum regularum tecum habeas ad cautelam: cuius in his, quæ Dei sunt & regularis observantur, tam conformatio, quam solatio perfuerat.

CAP. VI.

Primò tridat de vestibus monachorum. Secundo de abdicatione proprietatis. Tertiò de silencio. Quartio de cibis. Quinto de officiis in genere & in specie.

Idem Abboti & conventui Sublaceni. h

C Vin ad monasterium Sublaceni. i & infra. Firmiter inhibuius, ne quis de extero monachorum lineis caminis uteretur: [1 & 7.] Prohibemus quoque districte in virtute obedientia sub obtestatione divini iudicij, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continentia resignet. Si vero post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari moni pravia de monasterio expellatur, nec recipiatur

a C. 3. cod. tit. in 2. comp. b potuerit, habent vetustiores quod & series postulat. c Gavini. al. Gravini. d C. 1. cod. tit. in 2. comp. e simpliciter. f Conc. Lat. sub Alexan. III. c. 10. g Conc. Trid. sess. 3. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. ubi multa valde utilia de predicationis officio. h al. Abbat. Sublaceni. i C. 2. cod. tit. in 2. comp. concil. Trident. sess. 25. iii. de reg. c. 1. & 2.

ulterius, nisi peniteat secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. Unde si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non prout illud accipere, sed Abbativel priori, vel celario assignetur. In oratorio a verò, refectorio & dormitorio continuam semper silentium observetur. In claustru quoque certis horis & locis secundum antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter observatam. In refectorio b verò nullus omnino carne vescatur. Nec in quibusdam solemnitatis (sicut aliquando fieri consuevit) conventus exeat cum Abbatie paucis ibi relictis, ut extra refectorium edant carnes, cum illis diebus praecipue regularis disciplina sit studiosius observanda. Sed nec extra refectorium, nisi in infirmitorio, etum carnium credant sibi licere. Quanquam ex indulgentia possit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulaverit) advocare, ipsosque secum in camera sua melius & plenius exhibere. Porro debiles & infirmi, qui minutiōne indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, qua necessaria fuerint sibi tam in carnis, quam in aliis recipient competitor. Quod si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, ut non possit communib[us] cibis esse contentus: sic ei provideatur sine scandalo aliorum, ut si Abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibum aliquem competentem non ante illum, sed ante se faciat portare, de quo ipse illi faciat pitantiam pro sustentatione naturae. Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri sine contradictione qualibet revocetur. Prior autem praeteritis post Abbatem potens sit in opere & sermone, ut exemplo vita d, verboque doctrina fratres suos & instruere possit in bono, & a malo etiam revocare: zelum religionis habens secundum conscientiam, & delinquentes corripiat & castiget, obedientes soveat & confortet. Abbas vero (cui omnes in omnibus reverenter obediant) quam frequenter poterit, sic cum fratribus in conuento, vigiliem curam & diligenter sollicititudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso, dignam Deo possit reddere rationem. Quod si pravaricator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens aut remissus, pro certo se noverit non solum ab officio deponendum, sed & alio modo secundum regulam castigandum: cum offensa non solum propria, verum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec assumeret Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio & proprietatis, sicut & cuncta castitatis, adeo est annexa regula monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

^a Ad defitum autem hospitalitatis supplendum, mitteretur unus molendini concessimus, amplius pro tempore concessimus, ita tamen quod ad necessitatem pauperum sublevandam, eleemosyna de celariis conservatur. Nos autem prefatas ecclesias, quia clericis secularibus fuerant in beneficio assignatae, ad usum reverentissimus infirmorum, concessionem hospitalitatis quae facta fuerat Episcopo Anagnino irritam decerneret, & statuerunt.

^a In Cod. Barb. in oratorio, necnon refectorio, &c. ^b dicitur, verò, deest in antiquis. ^c sicut. ^d al. verbi doctrina fratres, &c. ^e vid. l. careri. & l. milites. ff. de cist. reo. ^f extinet. ^g de hoc articulo vid. B. Tho. 2. 2. q. 83. art. 11. & Turrezina in 2. de illo clero. 32. dñsi. & Ferdinand. Vaszq. l. t. cent. illistrum. cap. 25.

tes ne cuiquam ulterius in beneficium concedantur, sed infirmarius disponat de illis ecclesiis, prout ad necessitates infirmarii magis uocari expedire.

CAP. VII.

Primum statutus de concilis regularium provincialibus celebranda singulis trecentis. Secundo moderatur numerum electorum & personarum ventientium. Terter disponit de instructoribus & praeditibus capitulo. Quartu de tempore, quo duret capitulo, & quid ibi fit. Quinto quod observetur, quod ibi fit. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communis vita ducenta. Octavo de visitatoribus elegendis & sporum officio. Nonō extendit ad canonicos regulares. Decimo provides super discordia visitatorum. Undecimo horum diocesano ad monasteriorum reformacionem. Duodecimo precipit protrovo & similis compedita ab officiis monasteriorum. Et haec divisio sufficit pro summario.

Idem in sancto generali.

IN singulis regnis five provinciis fiat de triennio in triennium (alvo jure diocesanorum pontificum) commune capitulum Abbatum atque priorum, Abbatess proprios non habentium, qui non conueuerent talis capitulum celebrare: ad quod univerbi convenient prepeditionem canonicas non habentes, apud unum de monasteriis ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus, quam sex electiones & octo a personas adducat b. Adventus autem in hujusmodi novitatibus primordiis duos Cisterci. ordi. vicinos Abbatess ad pradicandum sibi consilium & auxilium operatum, cum sint in hujusmodi capitulis celebratis ex longa consuetudine plenius informati: qui ab eo contradicione duos sibi de ipsis assident, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor praefit capitulū universo, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritate praelectionis assimilat, unde cum expedient, prouida possit deliberatione mutari. Hujusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continuo, iuxta morem Cisterci. ordi. celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruancia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, inviolabilitate observetur, omni excusatione & contradictione, & appellatione remotis: Proviolo nihil minus ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui convenient, vitam ducant communem, & sicut proportionabiliter simili omnes communis expensas, ita quod si non omnes poterant in eisdem, sicut plures simili in diversis dominibus commoremur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiose ac circumspeta persona, quia singulas abbacias ejusdem regioni seu provinciae non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi praefixa, vice rectificationis & reformationis officio viderint indigere: ut quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuncient Episcopi proprio, ut illum amovere procurent. Quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicā sedis examinationem & regulares canonicos secundum ordinem, vide quicquam difficultatis emerent, quod per predictas personas nequeat expediti, ad Apolito. sedis iudicium absque scandalio referatur, ceteris irefragabiliter obseruat, quia concordi fuerint deliberatione provisa. Porro diocesani Episcopi monasteria sibi subiecta, ita studeant reformatre, ut cum ad ea predicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum, au-

^a al. novem, sed in concilio, olio legitur. ^b De his articulis vide quos citavi in c. circa ex officiis sap. de presb. ^c in Codice Barb. H. ipsum circa regulares, &c.

tissimum.

stimum praecaventes ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur: quia sicut volumus & superiorum iura observari, ita inferiores nolumus injurias sustinere. Ad hoc districte pricipimus tam diecestanis Episcopis, quam personis, quae praeerunt capitulis celebrandis, ut per cen. eccl. appellat. remota compescant advocates, patronos, vicedominos, restores, & consules, magistrates, & milites, fessi quolibet alios, ne monasteria prouidant offendere in personis aut rebus: & si forsan offendierint, eos ad satisfactionem b' compellere non omittant, ut liberius & quietius Deo valeant famulati.

CAP. VIII.

Trim' tractat de correctione monachorum. Secundum de correctione Abbatum. Terti' visitatorum. Quart' de secularibus in monasteriis beneficiatis. Quint' constitutionem extensis ad monasteria, hoc sufficiat pro summario.

Honorius III. Abbatibus & monachis in Lombardia & Marchia Tervijana confititus.

E' a quo pro religionis honestate: [1 & 2] Porro cum visitatores secundum statutum generalis concili' & ordinati a generali Abbatum capitulo processent ad visitationis officium exequendum, de statu monasteriorum & observantius regularibus diligenter inquirant, dum in spiritualibus, quam in temporalibus corrigit. & reliquias quo videtur corrigeant: ita ramen quod monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi faciant, eisque iungant penitentiiam salutare, juxta beati Benedicti regulam, & apostolica instituta, non secundum normam prae contractudinis, qua quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inolevit. Ipsi etiam visitatores, monachos, quos contumaces invenient & rebellis, juxta modum cuius vice nostra regulari censura percellant abique personam defectu, non parcendo rebellibus ob suam perfidiam vel potentiam amicorum, quin oevem moribund' ejiciant ab ovis, ne inficiant oves sanas. Si vero a Abbatibus in corrigenis juxta visitatorum mandatum & regularia instituta scipio seu monachis inventi fuerint negligentes, proclamant & corripiant, & ita puniantur publicè in capitulo generali, quod poena ipsorum sit alii in exemplum. Quod si Abbas non exceptus, fuerit a visitationibus nimis negligens, & remissus inventus, id loci dioecesano denunciat sine mora, & per illum detur ei fidelis & providus coadjutor ulque ad capitulum generale. Si autem dilapidator inventus fuerit, vel alias meritò amovendus: per dioecesano postquam hoc libi à visitationibus denunciatur fuerit, amovetur abque judiciorum & strepitū à regione abbaticie, ac monasterio provideatur int'cūm administrator idoneus, qui temporalia curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbat' provisum. Quod si forsan Episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit: visitatores vel presidentes capitulo generali defectum Episcopi Apof. sed. non differant inimicare. Hac eadem circa exceptos Abbates fieri pricipimus per visitatores, vel presidentes capitulo generali: depositione ipsorum fed. Apof. reservata: ita ut Abbat', qui amovendus videbitur, interim per visitatores vel in capitulo

principes ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio depuetur. Illorum autem excessus & alia, quae visa fuerint intimanda, capitulo principes nobis denuncient per fidèles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum juxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrant expensa. Sequentes autem visitatores perquirant priorum visitatorum, vespigia diligenter, & eorum negligencias & excessus referant sequenti capitulo generali, ut juxta culpam publice debitam poenam portent. Idem etiam de Abbatibus principibus generali capitulo pricipimus observari. Pricipimus quoque a, ut in nullo monasterio ad præbendas recipient de cetero Abbates & monaci clericos seculares: nec hi, qui jam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustrō sibi vindicare contendant, seu monachorum cœtibus importunè se prouidant misere, sed beneficis sibi concessis, contenti convertentur, honestè opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spirituilibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis vel usurpent. Si qui verò talium à visitatoribus inventi fuissent criminosi, per b' dioecesanum Episcopum in non exceptis, & per visitatores vel presidentes generali capitulo in exceptis beneficis priventur eisdem. Hæ autem omnia etiam in monasteriis, quæ non habent Abbates proprios sed priores, necnon in monasteriis monialium, quoad articulos abbatissis & monialibus congentes, pricipimus observari.

[1] *Ac religiosis fatu provide ordinantur. Apostolico fine munimine roboranda, ut suscipiant devotius & diligentius observentur. Cum ergo per di. fil. Abbatem Monit' bell' quodam capitulo nobis fuerint presentata, quæ ad castigandum transgressiones multiplices & excessus quos in quibusdam canonicis invenierat, videbantur profutare & honestate vobis laudabiliter statuenda: nos ea examinari & corrigi fecimus, & pricipimus ut inviolabiliter observentur qua signum ven. f. n. Hosten. & Tischdalan. Episcoporum muneri fecimus ad cautelam. Ad hoc volumus & precip. aud. A. ut visitatores ab generali capitulo convocent Abbates & priores, nau habentes Abbates proprios tam exemptos quam non exceptos Lombardie & Marchie, qui non conseruerunt huiusmodi capitulum celebrare, presidentes verò in ipso capitulo generali canonic & impedimento sublati, eos qui contempti vel neglexerint convenire: sub cuius contra. & app. ol. per cen. eccl. compellant, & usq. ad satisfactionem condignam relassent: eadem censura facili, que eodem capitulo deliberatione prouida ordinata fuerint firmiter observare, reddituri tam ipsi quam visitatores, & alii iusta causa libet ministerium Domino, in cuja conspectu nuda & aperta omnia in extremo examinationem, si annem sollicitudinem & diligentiam que circa correctionem & reformationem ordinu, ac visitationem canonicorum impendenda fuerint, negocerint adhibere.]*

DE RELIGIOSIS DOMIBVS : VT EPISCOPO SINT SUBJECTAE.

TITVLVS XXXVI.

CAP. I.

Si dubitatur in cuius diecesi sit baptica conferenda, ille Episcopus conferabit, qui prius in isto episcopalia exercebat.

Gregorius Vidor Archiepiscopo Neapol.

^a In Ced. Barb. ita: quia sic volumus super iura servari, ut inferiores nolumus iurias sustinere. In aliis sic: quia sic volumus superiorum iura observari, ut inferiorum nolumus iurias sustinere. ^b In satisfactionem, ^c felicit' Lateranensis sub Insc. 3. t. 12, quod est relatum sup. ca. proximo: & statutum, cuius hic meminit, habetur in 9. ordinatione etiam. ^d Vid. conc. Trid. sef. 29. tit. de eccl. c. 4. ^e Qualiter haec verba sint acceptienda, vide Clemens sapient. & Eymar. in Dicensor. In quis p. 3. q. 33.